elegi eam. Quod verum eſſe euentus edocuit: & ſacri corporis ſui illic facta tumulatio manifeſtat. Cępit enim illic in infirmitate grauari eadem viribus paulatim deſtitui infirmitatem tamen ipſam, & ſi dierum plurium non impatienter tolerans ſed equanimiter totus vt erat humilis patientia ſupportans: qua ſibimet leniret infirmitatem: Deo obedientia placeret: miniſtris de ſe quod non extendebat aggeneraret reuerentiam: imitandę quoque patientię exempla præberet; adeo ꝙ eiuſdem monaſterij foſſę nouę fratres inibi Deo deuotius famulantes hæc in ſancto viro religionis exempla contemplantes illius tunc infirmantis corpore prompti obſeqjs mancipati: quem utique tanta refertum patientia fore cernebant: ſinguli ligna de ſilua: ſinguli queq; illi oportuna voluntariè proprijs humeris deferebant; non extimantes forè conueniens, vt brutorum animalium humeri importandis eidem rebus accommodis præſtarēt obſequia: qui tantarum virtutū prærogatiua pollebat. Cūq; in eadem infirmitate de qua obijt ſanctiſſimi Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti corpus in cibum ſumendū ſibi & viaticum deſeretur totus profuſus in lachrymis, & dulci amore eiuſdem anima aſſueta dulcedine Dei liquefacta inter cætera multa, & decora quæ protulit hæc, vel ſimilia fidei, & deuotionis verba toto illius monaſterij Conuentu multiſque dictorum prædicatorum, & minorum ordinum aſſiſtentibus fratribus eructaſſe refertur. Ego de iſto ſanctiſſimo corpore domini noſtri Ieſu Chriſti, & alijs ſacramētis multa docui, multa ſcripſi in fide Ieſu Chriſti & ſanctę Romanæ Eccleſiæ cuius correctioni cuncta ſubijcio, cuncta ſuppono. Recepto deinde ab ipſo eodem uiuifico ſacramento cunctiſq; alijs ſacramentis eccleſiæ, debita ueneratione cum lachrymarum effuſione ſuſceptis tertio die obdormiuit in domino: cui credidit quem amauit & tota mentis affectione dilexit. Fidelis ſeruus, & prudens non pertinax non proprio ſenſui, aut prudentię innitēs, & nulla de ſe ſciētię ſuæ ſuperbus. nam qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria, vnde ſapiēter doctor idem atque humiliter, vt præfati ſumus omnem ſuam verbo, uel ſcripto doctrinam ad eiuſdem eccleſiæ fidei normam fidei deuotione reduxit: qui Petri ore diffuſam ſtabilem nouerat: & nullis concuſſionum flatibus agitandā: cum prius veram diuinitatis Chriſti recognitionem: qua reſpondit: tu es Chriſtus filius Dei uiui ab ipſo audire meruit: tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Et alibi. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua dumque pro Petro Chriſtus rogat pro eius eccleſia intercedit. Verum quia dignum erat, & conſonum, vt quem Deus viuentem in hoc ſęculo tantis ſuis donis gratijſque perfecerat; aſſumptum in cælis ſanctificatum forę hominibus declararet: multis eundem virum dei prius ipſius de hac uita tranſitum: licet, & antea nōnulla ſecule memoretur; magniſque fecit clarere miraculis: multis clariſq; ſignis glorioſis coruſcare, ut illud. pſal. merito de ipſo dicamus. Scitote quia mirificauit dominus ſanctum ſuum: ſicque uita eius atteſtaretur miraculis, & illius miracula uitæ teſtimonium perhiberent. De quibus pauca, de multis in Dei laudem, & ſancti huius commendationem, & ædificationem fidelium idoneis approbata teſtibus pręſentibus ſubnectemus.

Poſt ſeptimum namque menſem, uel circa a die obitus ipſius ſancti Thomæ de Aquino cum corpus eius qđ in Capella ſancti Stephani dicti Monaſterij, per idem tempus ſepultum extiterat: ad ſepulchrum eiuſdem primū, l. iuxta altare maius eccleſię monaſterij andicti, vñ ad tps p monacos eiuſdē Monaſterij timoris cā ſublatū fuerat, ne corpus ipſū oīno de dicto Monaſterio tolleret p tranſlationē denuo exhumatū deferri exinde decreuiſſet, in apertura ipſius ſepulchri eiuſdē Capellæ ſancti Stephani tāta fragrantis odoris ſuauitas emanauit, ꝙ totam ipſa Capellā clauſtrumq, ipſius Monaſterij, qđ diffuſū eſt, puta eadē ſuauitate repleuit. quæ de ipſius corpore prout ex ſollicita curioſaq; monachorum indagine eſt, repertum mirificę fundebatur. propter quod maiore per monacos concepta ad ipſum deuotione totus Conuentus proceſſionaliter: Priore tamen dicti Monaſterij, cum quibuſdam ex Monacis paramentis induto corpus ipſum, ad præfatum primum eius ſepulchrum honorificè detulerunt, cantantes in craſtino propter illa, quæ viderant Miſſam veluti de vno Confeſſore ſolenniter: cum reputarent incongruum ſi Miſſa de requiem æternam, ac ſi pro defuncto, pro illo cantarent. Hanc ſimilem fragrantiā poſt ſeptem annorum ſpatium, quidam ex teſtibus. quidam verò poſt 14. annorum ſpatium ſenſiſſe ſe referunt. dum corpus ipſum diuerſis ex cauſis, per temporum vices ſedulo inſpexiſſent. Quippe odor carnis eius mundiciam Deo acceptam exprimebat: orationum eius odoramenta repræſentabat: famam quoque eius claram diffuſionem virtutum, & illarū aromata nō celabat. ¶ Quidā arte cirurgicus: ſed p decenniū infirmitate podagricus: ta ꝙ ire per ſe, vel ambulare nequaquam abſq; baculorū ſuſtētatione, aut aliorum ſuffragio poterat: ſe Deo & beato Thomæ deuouens iuxta eius tumulū incubens orone facta ſanus proſilijt, & currens: Deum laudans ꝙ meriti eius eſſent de tam longe infirmitatis langore curatus. ¶ Alter quidam ex horribili quadam uiſione fantaſmatis timiditate percuſſus pedibus manibuſque contractus fuit: & ore ac facie diſtortus. ſenſibus carens, & omni virtute deſtitutus ita ꝙ loqui non poterat ſed mortuo ſimilis videbatur: adeo, ut ignem eius membris admotum nullatenus ſentiret portatus ad tumulum illius poſt morulam liber, & ſanus omnino a dicto ſepulchro ſurrexit. ¶ Alius dum non deuotè de ſancto ſentiret uirtutem Dei in ſancto in ſe duplicem eſt expertus, infirmitatis dum contemnit: ſanitatis dum a contemptus culpa diſceſſit. Nā cū ſibi deuotionis cā a quodā Capellano plures uenerandę reliquię mōſtrarentur ipſe quoq, oſtēſor præcioſiores adhuc ſe habere reliquias. videlicet manum fratris Thomæ de Aquino fateretur illico hūc deriſoriè dehis truphantem, cum eas videre non curaret dicens ſanctus non eſt: ſed quidam ordinis Prædicatorū frater: tremor appręhendit, & caput eius ad modum magnę ciſtę groſſum, & valde ponderoſum ſibi eſſe uidēbatur. Sed infirmitate correptus, & pęnitens ſimileq; da ſua incredulitate dictiſque deplorans dum ueniam a ſacerdote petitam obtinuit reuerenter manum eiuſdē ſancti deoſculans confeſtim a tremore, & inflatiōe capitis liberatus euaſit: ſenſitq; progrediente, vt retulit maximū ex dicta manu ſuauitatis odorē Qui odor cū ipſius curati caputio perſonęq, ex tactu manus eiuſdē per magnū tps inhęreret multis eunde poſtmodum pcipiētibus ſciſcitantibuſq; quid eſſet hoc ſigno narrare, quod acciderat, & ſi nolens miraculum cogebatur ¶ Notarius quidam dum ad menſam ſanus accederet ſurgens ab illa graui ſquinantiæ infirmitate pertentus eſt. Duobus diebus ppea linguam mouere non potuit, & loquelam amiſit. Cumq; multa medicorum remedia ei adhiberentur quin eadem infirmitas in augmentum procederet non prodeſſent. immo de illo deſperarent ad ſanctum con-

ceptam